

ipsa stylique diversitas multifariam prodit. At unum
 maxime in eo vereor, ut approbemus is, qui in Eccle-
 siasticis rebus, plus supercelio quam ratione judicant,
 quod tam multus sedulusq; sit, in recensendis rebus ac-
 quisitis Meinoverci studio, ad Ecclesiam inopem sub-
 terendam, & opibus usq; cumulandam. Sed si verum
 serio tamen aestimamus, scriptorem hunc veteris memo-
 ria tabulis, & monumentis donationum abundè instru-
 ctum, reor annorum seriem secutum, ubi cetera ipsum
 narratio destitueret, omisisse nunquam, in hujus indu-
 stria, & alienè liberalitatis memoriam excurrere, qua
 Meinovercum aliquid impetrasse, Principes eidem
 donasse, non sileret. At quia verborum id non minore
 asperitate, quam locorum, & hominum obscura narra-
 tione ab illo perfectum est, inde scilicet ex horridula illa
 in litteris etate, vitio consequitur, ut fastidium pariat.
 Venio ad fidem Exemplaris, ut ad fundum hujus histo-
 ria. Unde in animo Varronis dictum obversatur: A-
 leam vitæ Domini, ac rei familiaris agi, ubi salubri-
 tas fundi non est. In Apographum incideram ab ori-
 gine sua sincerum quidem, at scriptorum vitio minime
 salubre, & opportunum. Ἐρρωτα ἰδοεσ μου dixisset,
 & stragulam versicolore, multorum manu raptam,
 & mendosè contextam; cui, ni refarciende veteris hi-
 storie fax praluxisset, Meinovercus suis in tenebris,
 seu carcere obscuro clausus adhuc, ignotusque, longa
 nocte jaceret. Verum nostrorum hominum, qui Pade-
 borne vivunt, per vestigatione duplex tandem, Manu-
 scriptum vetustius, & autographum nactus, ibi cum
 meo R. P. Nicolai Tenssani studio diligenter ea collata
 sunt,